



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 45. Hujus initia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XV.
A. C. 1404.

fus Maramarius de S. Nicolao. Duo aberant, Balthasar Cossa occupatus legatione Bononiensi, & Valentinus de Quinque Ecclesiis in Hungaria.

Novem Cardinales conclave ingressi coram notariis, ac testibus solemnijuramento se adstringebant singuli, ut ad Ecclesiæ concordiam omni ope atque opera contenderent, præsertim ille, qui eligeretur in Papam, etiamsi deponendus esset pontificatus. Sanciebant simul, ut idem jurarent Cardinales absentes, ac novi, qui crearentur. Tum ferebant suffragia; & die Veneris 17 Octobris elegerunt Cosmatium Melioratum, qui se dixit Innocentium VII.

§. XLV.

Initia Innocentii VII.

Th. Niem.
l. 2. c. 39.

Erat is Sulmone episcopi hodie Aprilii urbe mediocris fortunæ parentibus ortus, optimis moribus, litterisque ornatus, Juris Canonici Doctor celebris, ac in negotiis Romanæ curiæ perquam versatus. Tempore Urbani VI reditus ærarii Apostolici colligebat in Angliam: tum renunciatus Episcopus Bononiensis, postea thesauro Papæ Urbani præfectus, demum Bonifacii IX vix pontificatum ingressi beneficio Cardinalis evaserat. Habebat ingenium mite, benignum, ad mi-

seri-

sericordiam pronum, superbiæ nihil, æta-
tem valde provectam, quando electus in
Papam fuit.

Sæcul. XV.
A.C. 1404.

Decem post diebus, nempe 27 Oct. Rayn. n. 16.
1404 cum Romanis fecit hujusmodi pa-
ctiōem: Papa Innocentius concitatos
post obitum Papæ Bonifacii IX hac in
urbe motus, ac ea, quæ cives quidam
tum a Collegio Cardinalium, tum ab ipso,
cum electus esset, postularant, confide-
rans, ut tranquillitatem restitueret, ha-
bita ratione precum Regis Ladislai nunc
præsents statuit, quæ sequuntur.

Romæ delectus a Papa Senator erit,
qui secundum sanctiones urbis omnem te-
nebit jurisdictionem, exceptis rebus ad
principatum pertinentibus, & criminibus
læsæ majestatis. Erunt inibi septem
Quæstores, qui Curatores Romani ærarii
nuncupantur: hi modo eligentur in præ-
sentia Papæ, cui juramentum dicent; in
posterum autem coram Senatore: munus
eorum bimestri spatio absolvetur, & con-
sistet in urbis redivibus accipiendis, adhi-
bendisque, sed sine ulla jurisdictione. Pa-
pa, Cardinales, illius Camerarius, & sa-
cri palatii Magister portorium, tributum-
ve nullum pendent cunctis ab oneribus
liberi. Populus, ac Quæstores ejus haud
poterunt in urbem introducere militarem
manum aliquam, nec ullos antipapæ
nuncios, aut sectatores. Hæc pactio

n. 17.

Hist. Eccles. Tom. XXIV, Oo vi-

Sæcul. XV.
A. C. 1404.

Th. Niem.
l. 2. c. 36.

Rayn. n. 14.

videtur parum cohærere cum summo Papæ imperio.

Die Dominico quarto Nonas Novembris Papa Innocentius VII, solemnè ritu coronatus est inter scalas & portam basilicæ Vaticanæ. Undecimo ejusdem mensis in gratiam Regis Ladislai fecit decretum, per quod promisit fore, ut negotium pacis ecclesiasticæ nequaquam conficeret, priusquam securitati hujus Principis ita providisset, ut ex consensu ambarum partium tranquillus regni Siculi possessor permaneret. Ladislaus sibi hoc modo cautum volebat, metuens, ne, si renovaretur Ecclesiæ concordia, Galli sat potentes in Italia fierent, ut Ludovicum Andegavensem Neapolitano imponerent folio.

§. XLVI.

Exemptorum status tempore schismatis.

Spicil. tq. 6.
p. 166.
zo. II. conc.
p. 2517.
Art. 1.

Concilium Parisiis 21 Oct. 1404 habitum condidit octo canones pro exemptorum privilegiis durante schismate conservandis: illorum summa accipe! Cluniacenses, Cisterciensesque Monachi, & omnes reliqui exempti tum Religiosi, tum seculares eandem tenebunt rationem regendi suos, quam tenuere ante studium neutrius partis. Illi vero exempti, qui præter Papam nemini sunt obnoxii, confirma-